

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7259

Autre(s) référence(s) : Round 1037

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Le Mans, Saint-Pierre de La Couture (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1182]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Acte de Henri II, confirmant la donation, faite à Saint-Pierre de la Couture par Hugues de Semur, d'une terre située « ad Ponval[en] », et qui avait été reconnue comme appartenant au fief du roi, dans une assise tenue par son ordre à Mayet.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bénédictins de Solesmes, *Cartulaire des abbayes de Saint-Pierre de La Couture et de Saint-Pierre de Solesmes*, Le Mans, Monnoyer, 1881, p. 114.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DLXXX, t. 2, p. 164-165.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1037.

Dissertation critique

« 1172-1173 – 1182 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 164. Souscription de Gautier de Coutances, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. Henri II n'a pas été en Normandie pendant les premiers mois de 1183. Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus ad quos littere iste pervenerint, salutem.
Noverit universitas vestra quod Hugo de Semur, pro redemptione anime sue et antecessorum suorum, quicquid ad Ponval[en] jure hereditario possidebat Deo et ecclesie Beati Petri de Cultura, cum quodam filio suo G., quem ad monachatus ordinem monachi de Cultura benigne susceperunt, cum se ipso etiam, cum ad monachatus

religionem se transferre voluerit, integre, libere et quiete dedit et concessit. Unde, quia donum illud de feodo meo erat, Richardus abbas et monachi ut prefatam eis elemosinam concederemus presenciam nostram apud Maetum expecierunt, ubi, eodem Richardo abbate et monachis in presencia nostra constitutis, et prenominata elemosine concessionem instantissime sibi fieri deposcentibus, Hamelinus de Feign[a], predictam elemosinam calumpnians, et eam de feodo suo esse asserens, obviavit. Quare predictum Hugonem, doni illius actorem, presentibus Richardo abbate et monachis et Stephano senescallo Andegavensi, Petro Guidonis, Johanne de Malna et multis aliis, accersiri precepi, et de cujus feodo esset donum illud quod sepedicto Richardo abbati et monachis fecerat, opposita illa quam Deo et mihi debebat fide, diligentius inquisivi, qui de me feodum illud cum suis aliis feodis extra partem alterius dominii se in hominio tenere recognovit. Preterea, ad majorem certitudinem, servientes meos de Maeto et etiam juratos convocari precepi, eosque vi sacramenti quo mihi tenebantur adjurans, utrum elemosina illa de feodo meo esset, sicut predictus H. recognoverat, inquisivi ; qui non solum ea que Hugo de Semur jamdicto Richardo abbati et monachis dederat, verum etiam quicquid ipsi monachi apud Ponval[en] possidebant extra partem Hamellini de feodo meo esse una voce sunt protestati, addentes etiam quod, si ibi bellum sive iudicium adjudicatum esset, apud Osiacum coram baillivis meis definiretur. Cognita itaque rei veritate, ad petitionem Richardi abbatis et monachorum predictam elemosinam Deo et ecclesie Beati Petri de Cultura, que nostra est, concessimus et donationem a prefato Hugone factam inconcussam haberi, et prefatos monachos, quicumque ipsi apud Ponvalen quocunque modo possideant, libere et integre et quiete possidere precepimus, ita quod prefatus Hamelinus nec aliquis alius aliqua occasione prefatos monachos super burgo eorumdem possit molestare nec ibi aliquid deinceps audeat reclamare.

Testibus : Wintoniensi episcopo, magistro Waltero de Constantiis, Godefrido de Lucé, W. de Sancte Marie Ecclesia, comite Balduino de Rivers et fratre ejus, et pluribus aliis.

Apud Rothomagum.